



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd dextera Dei sit angelorum pars electa, sinistra autem eius, pars angelorum reproba. xlviii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

grum & nebulosum habentem corpus, & dæmones hinc  
atque inde trahentes eum, cum admisso frero in naribus,  
& angelum sanctum eius de longe sequentem tristiter.  
Batus ergo Paulus cœpit flere amarissime, & pectus suum tenui-  
dere, sedens ante Ecclesiam propter eum quem tale vide-  
rat. Omnes autem alii senes videntes eum sic flentem, ce-  
perunt eum rogare, ut si quid in illis vidisset, come in  
gredieretur in congregationem. Ille autem noluit ingre-  
di, sed semper flebat propter eum quem sic viderat. Post  
paululum autem, cum absurta congregatio discederet, ne-  
rum omnium vultus circunspiciebat, si tales egredierentur,  
quales ingressi sunt. Et vidit illum quem antea viderat ni-  
grum & nobulosum egressum de Ecclesia clara facie, & a  
dido corpore, & dæmones de longe sequentes eum, sanctu-  
autem angelum eius prope eum hilarem, & gaudetem u-  
per eum nimis.

Quod dextera Dei, sit pars angelorum electa; sinistra autem  
eius, pars angelorum reprobata. Cap. XLVIII.

Grego. in  
suis mora-  
lib⁹ dicit.

**Q**VI D est ergo quod exercitus cœli à dextris, & à  
nistris eius stare perhibetur? Deus enim qui ita  
intra omnia, ut etiam sit extra omnia, nec dexte-  
ra, nec sinistra cœcluditur, sed dextera Dei angelorum pa-  
electa; sinistra autem Dei, pars angelorum reprobata designa-  
tur. Non enim ministrant solummodo boni, qui adiuvant,  
sed etiam alii qui reprobant, id est, non solum qui à eis  
redeuntes subleuerunt, sed etiam qui redire nolentes graui-  
Nec quod cœli exercitus, dicitur angelorum pars reprobata in eo intelligi posse perhibetur. Quas enim suspirans  
aere nouimus, aues cœli nominamus. Et de hisdem spiri-  
tibus Paulus dicit: Cōtra spiritualia nequit iax in celestibus.  
Quorum caput enuncians, ait: Secundum principem regis  
huius. A dextra ergo Dei & sinistra angelorum exercitus  
stat: quia & voluntas electorum spirituum, diuina precia  
concordat, & reproborum sensus sua malitia seruiens, a  
dicio distinctionis eius obtemperat. Unde & mox fallax  
spiritibus in medium prosiliuisse describitur, per quæ Alio  
rex exigentibus suis meritis decipiatur. Neque enim si  
est credere, bonum spiritum fallaciae deseruire volum  
ut diceret: Egrediar, & ero mēdax spiritus in ore omnium.

prophetarum eius. Sed quia Ahab rex peccatis praecedentibus dignus erat, ut tali debuisset deceptione damnari, quatenus qui sape volens ceciderat culpi, quandoque nolens caperetur ad poenam: occulta iustitia, licentia malignis spiritibus datur, ut quos volentes in peccati laqueo strangulant, in peccati poenam etiam nolentes trahant. Quod ergo illic a dextris atque sinistris Dei, exercitus coeli astutissime describitur, hoc hic inter filios Dei satan adfuisse perhibetur. Ecce a dextris Dei steterunt angeli, qui nominantur filii Dei, ecce a sinistris stant angeli; quia adfuit inter eos etiam satan.

*Quod immundi spiritus in hoc cœli terræque medio vagantur.*

Cap. XLIX.

**P**AULO ante iam diximus, unde & aues cœli nomina- Grego. in  
sua mo-  
rali. dicit.  
mus. Et scimus, quod imudi spiritus, qui è cœlo athe-  
reō lapsi sunt, in hoc cœli terræque medio vagantur. Qui tanto magis corda hominum ascendere ad cœlestia inuident, quanto se à cœlestibus per elationis suæ immundi-  
cium projectos vident.

*De hoc si pax in sublimibus retineatur.*

Cap. L.

**S**ED inter haec liber inquirere, si pax in sublimibus sum- Ex iisde,  
ma retinetur, quid est quod per angelum Danieli dici-  
tur? Ego veni propter sermones tuos, princeps autem regni  
Persarum restitit mihi, xx. & uno diebus, & ecce Michael  
vnum de principibus, primus venit in adiutorium mihi. Et paulo post: Nunc reuertar ut prælier aduersus principem  
Persarū. Cū enim egrederer, apparuit princeps Græcorum  
adueniens. Quos itaq; alios principes ḡtū nisi angelos ap-  
pellat, qui sibi resistere exeunti potuissent? Quæ ergo esse  
pax in sublimibus potest, si inter ipsos quoq; angelicos spi-  
ritus præliadi certamen agitur, qui semper conspectui ve-  
ritatis assistunt? Sed quia certa angelorū ministeria dispē-  
sandis singulis, quibusq; ḡtibus sint prælata, cū subiectorū  
mores aduersum se vicissim præpositorū spiritū op̄e me-  
rētar, ipsi qui præsunt spiritus cōtra se venire referuntur. Is-  
panq; angelus, qui Danieli loquebatur, captiuis Israelitici  
populi in Perside constitutis prælatns agnoscitur Michael  
autē eorum, qui ex eadem plebe in Iudaea terra remāserat,

RR. iiiii